

3. Tagebuchbeilagen

**Christian Woehrle [Präses], Johann Jakob Glaser
[Propugnator]: Theses de latinitatis purae praejudicis.**

**Woehrle, Christian
Glaser, Johann Jakob**

Ulm, 14.01.1718

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-46789

4171
35

Q. D. B. V.

Ex salutari Ampliff. Dnn. Superiorum
instituto,

DISPUTATIONUM CIRCULARIUM

Cum elegantioris litteraturæ Studiofis

In frequentissimo Gymnasio Ulmenfi

TRIGESIMA,

Theses de

LATINITATIS PURAE PRAEIUDICIIS

exhibet,

Quarum

P R A E S E S

CHRISTIANVS VVOEHLINVS,

Orat. Prof. et VI. Class. Præceptor,

PROPUGNATOR

JO. JACOBUS GLASERUS, Ulmenfis.

OPPUGNATORES

CHRISTOPHORUS Ditto/ }

GEORGIUS Sigel/ }

JO. THEOBALDUS Häußler/ }

} Ulmenfes,

XV. ante Kal. Febr. A. S. R. MDCCXIIIX.

H. L. Q. C.

ULMÆ, TYPIS KÜHNIANIS.



Thes. I.

Tentaturis, num in praesentia rerum sine ingenii asperitate et supercilio nostris elegantiorum litterarum alumni purae Latinitatis Praejudicia tradere eum in finem possimus, ut ab his aliisque pluribus ceu à scopulis posthac sibi sollicitius caueant, eo benigniorem nobis ab optimo quovis promittimus veniam, quo frequentius in omnium ore circumferri solet illud: TENTANDUM.

Thes. II. Nimium ergo sibi latinitatique tribuere videntur, quotquot cum Joachimo Fortio Ringelbergio affirmant, gloriam latine ac polite scribendi inter humanos conatus omnes summum tenere locum, seque decreuisse, addunt, in hac finire vitam. a) Ut vero alias praeeudicia saepe fontes sunt, ex quibus quamplurimi errores, ceu rivuli, manant: ita qui hac praeeconcepta corripere se patitur opinione, verendum est maxime, ne in alios eosque gravissimos labatur jam paucis commemorandos errores.

Thes. III. Impietatis namque absolvendi non sunt, qui Maiorum aetate cum Petro Bembo, b) Christoph. Longolio, c) Angelo Politiano, d) Dom. Calderino, e) ne divina oracula quidem legenda sibi aliisque putarunt, ne emendatam dictionem Vulgatae Versionis a Ciceronis nitore alienae lectione inquinarent. Quorum in numerum cum referendi quoque sint Augustinus, f) atque Hieronymus, g) sequitur, ut horum, aliorumque h) damno cautius mercari discamus, magnaque circumspectione gentilium litterarum libros legamus.

Thes. IV. Nec in purae latinitatis superstitione sequendos illos existimamus, qui iterum cum Petro Bembo, i) Jacobo Sannazario k) Sebastiano Castellione l) religioni sibi ducunt, voces et loquendi formulas Christianae Religionis proprias, et earum loco usurpare alias ex medio Gentilismo desumtas, et religioni divinae aduersas. m) *fol. 1*

Thes. V.

- a) Vid. Budd, sel. p. 333. b) vid. Jac. Burckh, orat. de ling. Lat. &c. &c. p. 19. c) Balbini quæst. orat. p. 6. d) Mornæus de V. R. C. p. m. edit. Breith. p. 546. e) ib. p. seq. f) confess. I. III. c. V. g) Sagittarius de imit. Cic. p. 2. seqq. & Cell. Progr. p. 586. h) vid. Jani diss. s. VIII. de nimio Latinit. studio. i) vid. Lipsii Cent. II. ep. 57. k) Lanfii consult. contra Ital. p. 783. l) Janus c. 1. §. XII. m) conf. m. Taubm. diss. de lingua Lat. p. 40. & Sagitt. de Imit. Cic. p. 57.

Thes. V. Quemadmodum etiam minime probamus eorum sententiam, qui vocabula in disciplinas Philosophicas illata cum *Hermolao Barbaro*, *Nizolio*, aliisque explodunt, et Philosophorum sermonem ad lucem Classicorum scriptorum expendunt. n)

Thes. VI. Sic et *Antiquitatis* præiudicio abripiuntur, qui vocabula partim ab ultima usque origine repetita, partim usurpari desita, *Accii*, *Ennii*, *Pacuvii*, *Nævii*, *Plauti*, *Terentii*, *Sallustii* aliorumque temere proferunt. Morbum ingeniorum hunc reprehendunt suo jam tempore *Seneca* o) *Quintil.* p) & *Favorinus* apud *A. Gellium* q) eodemque laborant quidam antiquariorum nomine superbientes. r)

Thes. VII. Haud raro vero euitata ista *Charybdi* in hanc incidunt *Scyllam* nostris præsertim temporibus, ut opinentur multi, puram Latinitatem, qua iudice *Augustino*, s) quicquid singulare et eximium in classicis linguæ latinæ auctoribus deprehendimus, qua verba, qua Phrasæ, tam proprias, quam Tropicas, qua denique ordinem et structuram pressò pede sequimur; quicquid contrarium, fugimus, tanti non esse, ut pretiosum atque haud parabile tempus in eadem litterarum studiosa iuventus consumat perdatque. t)

Thes. VIII. Hinc fit, ut *Pedantismi* arguantur, *Verbalesque* u) vocentur, qui, ut *Jñi sine lege*, ita latini sine auctoritate loqui erubescunt. x) Qui ita sentiunt, faciunt profecto intelligendo, ut nihil intelligant. Nam auctoritatis potiore quam Analogiæ habendam esse rationem nemo humanus diffitetur, qui legit illud *Fabii* y) Præterea linguæ tacitæ hominum conventioni originem debent; vi cuius quilibet ita adhibere obstrictus est vocabula et Phrasæ, prout receptus ejus linguæ usus fert z) Quare etiam Principes operam dant sollicitam Puritati Linguæ Publicæ, id est, quicquid singulare et eximium est, in ea sequuntur. a) Curant ejusmodi *Galantismo* in fecti homines, inquit, *Olaus Borrichius* b) ut ipsorum in vestibis nihil hæreat sordidum, in capillis nihil non calamistratum, in Barba nihil impexum, horridulumue, in calceamentis nihil immundum, sed iidem non curant, ut à lingua fætor barbarismorum, à calamo eloquii stribligo exterminetur; cui iungendus omnino *Buddeus* humanissimus,

n) vid. Pl. R. nostri *Herrtenst.* disput. Circul. sept. o) ep. 114. p) l. VIII. c. 11. q) l. c. x.
r) vid. *Christ.* *Beem.* *Manud.* p. 57. *Taubm.* c. l. p. 58. *Scheurlius* in *statua Mercurii* passim & *Buchnerus* de commut. ratione dicendi c. ix & imprimis *Popma* de usu antiq. loc. s) vid. *Beem.* c. l. p. 92. t) vid. orat. *Burckh.* supra laudatam. u) vid. *Taub.* c. l. p. 25. x) vid. *Goelenii* *Probl. Grammat.* p. m. 117. y) l. i. c. 4. & *Cell. proleg. ad C. P.* pag. 9. seqq. z) vid. *Puf.* de O. H. & C. c. x. s. 2. a) vid. *Joh. Christoph. Beem.* diss. de *Jure Idiomatis* c. l. p. m. 34. b) in diss. de *Studio lat. puræ* Tom. II, p. 157.

mus. c) Denique nolumus conuiciis conuicia opponere, prudentioribus tamen adiudicandum relinquimus, an non meliore jure in Pædantium censum veniant, qui, quo rapit impetus, stolidi sui fiducia et temeritate feruntur, ac si supra Dictatorum, Caesarumque Romanorum potestatem liceret hominibus umbraticis assurgere, recte iterum loquitur Olaus d) cui addas Vockerodtium latinissimum e) et Becmannum. f)

Thes. IX. Cum enim libertatem loquendi ament, qua tamen absurdius nihil esse potest: Barbara vocabula data quasi opera vsurpant, Phrases sibi fingunt ac refingunt g) ad barbariem excludendam satis esse putantes, non pati aliquid committi, unde vapulet Priscianus (id quod jure atro notauit calculo in Weisio Vockerodtus c. l. indigne vero ab eodem tractatus) h) cum tamen Quintiliano aliud sit Latine, aliud Grammaticè loqui, i) cuius diuersitatem docet Morhof. de Patavinitate Liviana k): idiotismis, id est, priuata vnius et alterius consuetudine dicendi l) vtuntur; poeticisque verbis titulisque tument; quæ omnia quam aduersa sint puræ latinitati, hujus vindices perquam utili opera demonstrarunt.

Thes. X. Multos videmus intempestiue properare ad graviores, ut vocant, disciplinas, priusquam robur aliquod acquisiverint in studio puræ latinitatis, utpote quod homini superioribus studiis addicto inutile harriolantur. Quam turpiter vero hi fallant, fallanturque, edocent nos grauissimi Theologi, Juris æquique sacerdotes, et Medici elegantiorum litterarum Fautores celeberrimi, de quibus pro more suo, id est solide atque accurate in egregiis ingenii sui hucusque editis monumentis egit Jacobus Burckhard.

Thes. XI. Modeste dissentimus, nixi Jo. Sturmio m) & Scheffero de stilo n) et in Gymnasio stili o) à Cl. Walchio p) & Gesnero, q) improbantibus illorum morem, qui ex Vernaculo sermone quædam in Latinum transferenda proponunt, propterea quod illa ratione nimium impuritatis Latinitatem trahere necessum sit.

Thes. XII. Negamus etiam contra ea quæ adfert Weisius r) stilibus corrigendis elegantem Præceptoris dictionem corrumpi. Sed hæc sufficiant nobis alia, Deo suffragante, in aliud tempus reservaturis.

e) in selectis p. 317. d) c. l. p. 149. e) in consult. de recta & antiqua eloquentiæ, ratione &c. &c. xi. n. 2. f) c. l. p. 37. et Walchii Hist. Crit. p. 501. g) vid. Weisii ep. sel. p. 98. & 106. h) in ep. p. 167. i) l. i. c. x. k) c. v. & in diss. p. 606. l) qua de re vid. Walchii hist. Crit. ling. Lat. p. 145. & Omeisius in Theat. eloq. p. 13. m) in Exerc. Rhet. n) p. 114. o) p. 7. p) in præf. hist. linguæ latinæ Crit. q) in instit. Rei Scholasticæ p. 71. r) in dem Vorbericht des vertrauten Gesprächs 10. 11.